AUGUSTINUS

Admont, Mitte 12. Jh. Seite 20r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25972
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quinius regno atq; urbe pulsus etruscis sociatus contra romanos
gerebat. Attende itaq; quid deinde contexat. Deinde inquit seruili
imperio patres plebem exercere de uita atq; tergo regio more consulere.
agro pellere. et ceteris expertibus soli in imperio agere, quibus seuitiis et
maxime fenoris pondere oppressa plebs cum assiduis bellis tributum
et miliciam simul toleraret. armata montem sacrum atq; auentinum insedit.
tumq; tribunos plebis et alia sibi iura parauit. Discordiarum et certa
minis utrimq; finis fuit secundum bellum punicum. Cernis ex quo tempore id
paruo interuallo post reges exactos quales romani fuerint de quibus ait.
Ius bonumq; apud eos non legibus magis quam natura ualebat. Porro si illa
tempora talia repperiuntur quibus pulcherrima atq; optima fuisse predi
catur romana res publica. quidiam de consequenti etate dicendum aut
cogitandum arbitramur. cum paulatim mutata ut eiusdem hystorici uerbis
utar ex pulcherrima atq; optima pessima atq; flagitiosissima facta est.
post kartaginis uidelicet ut commemorauit excidium. Que tempora ipse sa
lustius quemadmodum breuiter recolat et describat in eius historia legi potest.
quantis malis morum que secundis rebus exorta sunt usq; ad bella ciuilia de
monstret esse peruentum. Ex quo tempore ut ait maiorum mores non paulatim
ut antea sed torrentis modo precipitati. adeo iuuentus luxu atq; auaricia
corrupta est. ut merito dicatur genitos esse qui neq; ipsi habere possent res
familiares neq; alios pati. Dicit deinde plura salustius de sylle uitiis cetera
q; feditate rei publice. et alii scriptores in hec consentiunt. quam uis eloquio
multum impari. Cernis tamen ut opinor et quisquis aduerterit facillime con
spicit. colluuie morum pessimorum quam illa ciuitas prolapsa fuerit ante nostri
superni regis aduentum. Hec enim gesta sunt non solum ante quam xpc in carne
presens docere cepisset. uerum etiam ante quam de uirgine natus esset. Cum igitur tot
et tanta mala temporum illorum uel tolerabiliora superius uel post euersam kartagi
nem intolleranda et horrenda diis suis imputare non audeant opiniones
humanis mentibus unde talia uicia siluescerent astutia maligna
inserentibus. cur mala presentia xpo imputant. qui doctrina saluber
rima et falsos ac fallaces deos coluerat. et istas hominum noxias fla
gitiosasq; cupiditates diuina auctoritate detestans atq; condemp
nans. his malis tabescenti ac labenti mundo ubiq; familiam suam sensim
subtrahit quo condat eternam et non plausu uanitatis sed ueritatis
iudicio gloriosissimam ciuitatem. Ecce romana res publica quod non ego
prius dico sed auctores eorum unde hoc mercede didicimus tanto ante
dixerunt. ante xpi aduentum paulatim mutata ex pulcherrima atq; op
tima pessima ac flagitiosissima facta est. Ecce ante xpi aduentum